

Sancti Hieronymi Stridonensis Opervm, Tomi ...

Continens Commentaria In Matthaevm, Et Epistolas Pavli Ad Galatas, Ad Ephesios, ad Titum & Philemonem, & librum Didymi de spiritu sancto a Hieronymo versum ... Ad Fidem Vetvstissimorvm Exemplarivm, Dvcentis Circiter Svblatis Erroribvs Emenda

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Proœmivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75102](#)

E
Mat. 12. 6

nostro sermone processit: Quotiens vero loquimur aut non in tempore, aut importuno loco, aut non ut conuenit aut entibus, totiens sermo malus procedit de ore nostro ad defunctionem eorum qui audiunt. Consideremus itaque quid loquamur, quia pro omni otioso verbo reddituri sumus ratorem in die iudicij. Et etiam si non laedamus, non tam edificemus, malum verbis nobis luenda sit persona.

a ¶ *Et nolite contristare spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in die redemptio[n]is.*] Miseror sancti spiritus sic intelligendus, quomodo ita Dei & somnus, & ceterae in humanam similitudinem passiones. Non quo contristetur spiritus, & ullam perturbationem diuinam sentiat, sed quo ex verbis nostris, Dei dilectionis affectus: quoniam est quotiescumque peccamus, & defleat peccatores. Nam & Saluator in corpore constitutus fleuit Hierusalē, & omne hominū genus in prophe-

deplorat, dicens: *Heu mihi anima quia periret reuerens a terra: & qui corrigit inter homines non est.* Omnes in sanguine iudicantur. Ecce in Ezechiele opera quondam sancta ciuitatis enumerans, ait: *In omnibus istis contristabas me.* Signatio autem sumus spiritu dei sancto, ut & spiritus noster & anima imprimentur signaculo Dei, & illam recipiamus imaginem & similitudinem, ad quam in exordio conditi sumus. Hoc signaculum sancti spiritus, iuxta eloquium Salvatoris, Deo imprimente significatur. *Hunc enim ait, signavit pater Deus.* Signator ergo a patre spiritu sancto, omnis, qui ex eo quod credit Deo, signavit, quia verus est Deus. Qui ictus circosignatur, ut seruet signaculum, & ostendat illud in die redemptio[n]is purum atque sincerum, & nulla ex parte mutatum, & ob id numerari cum his valeat, qui redempti sunt.

G
Ezech 16. 6
Sec. 70
καὶ ἀπειπε
πει τὸν πάτερα.

Ioan. 6. 8

Commentarius secundi in epistolam ad Ephesios finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM LIBRVM COMMENTARIORVM

AD EPHESIOS, AD PAVLAM, ET
EVSTOCHIVM.

PRO O E M I V M .



ATIS abundeque, o Paula & Eustochium, de argumento epistolæ Pauli ad Ephesios, in primi libri præfatione disserui, & sparsim, vbi cunq[ue] occasio data est, licet breuiter, ostendi, quod beatus Apostolus ad nullam ecclesiasticam tam mystice scripsit, & abscondita saeculis reuelauerit sacramenta. Nunc ergo, quoniam orationum vestrum, & sancte Marcellæ fultus auxilio, tertium, id est, extrellum, in eandem epistolam dicto librum, iustum mihi videtur, vt non inis quoque ipsius etymologiam cum sensu, quem supra exposui, congruere doceam. Ephesus in Latinam linguam interpretatur voluntas, sive consilium meum in ea, vel certe anima mea in ea. Voluntas & consilium & anima Dei in eo est, qui potest dicere: Ipse enim mihi dedit notitiam omnium, & cum incerta & occulta sapientia Dei illi fuerint reuelata, testimonium consequetur loquentis: Inueni David de Bethlehem filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. Istiusmodi virum & Osée propheta significat, dicens: *Quis sapiens, & intelliget h[oc]c, prudens & agnoscet ista?* Porro vt sciat multam esse distantiam iusti simplicis iusti, sapientis, qualem in resurrectione mortuorum singuli gloriam consequantur, attendite. *Et multi dormientium de limo terræ exurgent: hi in vitam eternam, & hi in opprobrium, & confusionem eternam:* Et intelligentes fulgebunt sicut splendor firmamenti, & ex iustis multi sicut stellæ in eternum. Fulgebunt, inquit, iusti sicut stellæ in eternum, & intelligentes, id est, habentes scientiam scripturarum, sicut splendor caloris. Non quo doctus vir, iustus quoque esse non debeat, sed quo qui iustus est, nisi fuerit eruditus, tamen procul a sapiente iusto, quam est stellarum fulgor a lumine firmamenti. Quod si quis meditatione tantum legis instruatur, vitam suam neglit, neque audet dicere: *Amandatis tuis intellexi, propterea ad omnia manda-*

tatu dirigebar: iste quasi æramentum sonans, & cymbalum timiens, & infatuatum tal, in stercore conculcandus est. Si autem detur optio singulorum (seposito eo qui habet sapientiam atque iustitiam) magis ego velim rusticatem iustum, quam doctrinam malitiam. *Quia in altero licet minor, tamen gloria est stellarum esse lumini coæquale: in altero iuxta scientiæ profectum, maiora supplicia sunt.* Potentes quippe potenter patientur tormenta. Et: *Servus quis fecerit voluntatem domini sui, & non fecerit eam, vapularbit multis.* Hæc ictus ut docerem, quare animam & consilium, & voluntatem Dei, Ephesiorum vocabulum sonet, qui artium magicarum præstigijs de relictis, erroris zelum ad veritatis studium transtulerunt. Ob quorum salutem tanto Paulus sudore pugnauit, ut ad Corinthios scriberet: *Si secundum hominem ad bestias pugnauit Ephesi, quid miseri prodest, si mortui non resurgunt?* Quæ sunt istæ bestiæ? Nempe illæ, de quibus psalmista precator dicens: *Ne tradas bestias animam confidentem tibi.* Et in alio loco: *Increpaferas calami.* Aduersarius enim noster diabolus tanquam leo rugiens circuit, qui cum cerneret principem Asiae ciuitatem ad doctrinam Pauli de faucibus suis eripi, totis satellitum suorum agminib[us] congregatis eum opprimere nitebatur, & improbe se extollens, volebat quasi aquila ponere super illum nudum suum. Quod Apostolus sentiens, & omni custodia seruans cor suum (quippe qui eius non ignoraret astutias) post victoriæ quidem, sed non incurvam victoriæ, loquebatur. *Non enim volumus vos ignorare fratres de tribulatione nostra que facta est nobis in Asia, quoniam supra modum grauatis sumus supra virtutem, ita ut taderet nos etiam vivere.* Quod autem per Tychicum epistola mititur, valde eiusdem epistolæ congruit sacramentis. De quibus & noni psalmi titulus prænotatur, *pro arcans filij.* Tychicus enim filens interpretatur, non projiciens margaritas ante porcos, nec dans sanctum canibus, & libere ad Deum loquens: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.*

H
Sal. 6. a
Luc. 12. f

1. Cor. 15. 4

Psal. 73. d
Ibid. 67. f
1. Petr. 5. 1

2. Cor. 10. b

Psal. 118. 6

Psal. 118. n
libidem q

M.